



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Acta Synodalia Osnabrvgensis Ecclesiæ, Ab Anno Christi  
MDCXXVIII.**

**Brogberen, Johannes**

**Coloniæ Agrippinæ, 1657**

Cap. XV. De Parochis, Sacellani, Sacerdotibus, Vicariis & aliis Ecclesiae  
Ministris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14298**

i. irre-  
 fragabili  
 ſ. ult. De  
 officie, ordi-  
 narii, clau-  
 cet, de pœ-  
 nis. Gra-  
 vis que-  
 rela eſt  
 Conc. Pro-  
 vince. Co-  
 lon. sub  
 Adol. ho  
 III. De of-  
 ficio. per-  
 functione,  
 medio 3.  
 ad refor.  
 ſ. Iam  
 quod paſ-  
 ſim, & 2.  
 ſeqq. &  
 medio 4.  
 ſeq.  
 \* Conc.  
 Trid. ſeff.  
 25. de re-  
 form. c. 3.  
 \* Conc.  
 Provinc.  
 Colon.  
 anno  
 1536.  
 p. 13. c. 8.  
 Stat.  
 Adolph.  
 III. ſup.  
 cit.  
 \* Conc.  
 Provinc.  
 Colon. an.  
 1536. p.  
 3. c. 3.  
 ſ. Ofce. 4.  
 v. 8.  
 c. ipſi Sa-  
 cerdotes.  
 I. q. I.

beant: <sup>1</sup> excessus Canonice puniant, ab omni avaritia & fôrdiumque specie abſtineant: pœnas pecuniarias ( si quando alia non ita proficiunt ) ad ſalutem tamen animarum referant, nec poenitentie loco pecuniam emungant, neque vitiorum correctiones, pecuniae, munera, aut alterius rei gratia diſſimulent; ne ſubdiſ noſtri pauperiores ſimul & deteriores fiant, aut ſpolientur magis quam emendentur. Quod ſi interdum Canonica ſanctione, pecunaria poena aut decreta aut decernenda fit; ea in pios tantum uſus, eo ipſo quod exata fuerit, affigetur; ne magis avaritia quam correctionis cauſa extorta ceneatur: ſerioque apud ſe reputent, nihil gravius Praelatos coram Deo accuſare, quam ſi peccata, ob pecunias & munera, relinquant impunita. In hiſ vero omnibus obſervent, qua tam à ſanctis Canonibus, quam generalibus & Provinciabus & Conciliis optime ſunt conſtituta.

**C A P. XIV. De aliis Ministeriis & gradibus Ecclesiasticis.**

**S**VNT deinde in Ecclesiis, præter Praepositos, Decanos, Archidiaconos, & diverli ministrantium gradus; nempe Scholastici, Cantores, Theſaurarii ſeu Sacrifici, Canonici, Vicarii, atque id genus ali. Interpretetur quiske vocabulum tuum, & curer eſſe quod dicitur, ſecundum veterum Patrum institutionem & regulam: atque eo ſolo fecerint, ut vocationi fuæ, & Noſtræ ac piorum omnium expectatiōni, magna ex parte reſpondiſſe videantur.

**C A P. XV. De Parochis, Sacellaniſ, Sacerdotibus, Vicariis & aliis Ecclesiæ Ministris.**

**Q**VANTA vita innocentia & munditie praediti, quanto zelo inflammati, quanta perfectionis Christianæ puritate conſpicui eſſe debeat, qui alios mundare, accendere, & perficere cupiunt, quod Parochorum & Concionatorum, & eorum qui animarum curam gerunt, & universim Sacerdotum, Sacellano-rum, Vicariorum, & aliorum Ecclesiæ Ministrorum, qui populi peccata comedunt, ſeu publico Eccleſiæ ſtipendio ſuſtantur, proprium eſt, dum attenta mente conſideratur, timul etiam facile animadvertitur, quantum in Noſtræ Dieceſis Praetoribus aliisque Ecclesiasticis deſideretur, quos tam procul à vocatione & ſtatus ſui obligatione diſceſſiſe videamus. Quorum omnium ſalutem & veram vitæ morumque conuerſionem, qua populo prelucere, & illum in viam ſalutis reducere poſſint, cum ardentи deſiderio ſitiamus, nec quenquam abſicere, ſed quantum fieri poſteſt, preſenti neceſſitati mederi, & futuro periculo modis omnibus occurre cupiamus; cum ſeria periculi ſtatusque ſui admonitione, invi-

tamus omnes & ſingulos, qui præcedentium temporum injuria atque incuria in quoſvis errorum aut opinionum labyrinthos, aut carnales nævios, prolapsi ſunt, ut Nobis, aut Vicario Noſtro in Spiritualibus, ac illi adjunctis Theologis ac viris prudentibus & religiosis, pro instructione & ſuorum errorum revocatione & criminum abolitione ſe fitant, & ad Dei gratiam & sanctæ Matris Eccleſiæ unitatem redendant. In quo omnibus & ſingulis, ad cor vere converſis & poenitentibus, eam, quam haecne- nuſ ceteri Curati experti ſunt, gratiam & benignitatem Noſtram offerimus; contra inobedientes, & ſtati Eccleſiaſtico conformiter non viventes, aliter proceſſum.

**C A P. XVI. Ne Parochi fôrdida minifteria uſurpent.**

**N**Olamus vero, Paſtores & Curatos rurales opera fôrdida & ſervilia ſubire, ita ut magis colonorum & ruficanorum hominum, quam Paſtorum & Eccleſiæ ministrorum ſpeciem præ ſe ferant. In quem finem intendimus, quantum fieri poſteſt, ut prædia eorum & agri pro competente cenſu elocen- tur, ad honestum vičium & veſtium eis ſu- feſturo.

**C A P. XVII. De Parochorum vičiu competente ſeu honeſto.**

**I**LUD etiam compertum eſt, quosdam Paſtoratus, ceſſantibus nunc quotidianis oblationibus, & pia majorum liberalitate, ac forte etiam ſubtraetis & incorporatis decimis, cenſibus, juribus & obventionibus, majorum liberalitate ac munificencia, ad Paſtorum ſuſtentationem & ſolatium deſtinatis, ad eam te- mitatim redactos, ut tere ſufficienti & honeſto viči detrimento, pauci reperiantur idonei, <sup>6</sup> qui hujuſmodi Ecclesiis præſici deſiderent, & multi ad fôrdida & ſervilia opera, <sup>panda, de extir- prob. & dign.</sup> non levi Eccleſiaſtici ordinis dedecore, con- verti cogantur. Cui incommodo occurrere volentes, conſtituimus & mandamus, ut omnes & ſinguli Parochi & Paſtores, prouentus Eccleſiarum ſuarum, Altarium & Beneficiorum, Nobis aut Noſtro in Spiritualibus Vicario generali, quamprimum exhibeant, cum designatione & intimatione, ſi quid ab aliis detineatur, aut uſurpetur, ut ratio certa iniri poſſit, qua paſtorali neceſſitati ac honori, quantum fieri poſteſt, ſuccurratur.

**C A P. XVIII. De juribus Ecclesiasticis, piis Fundationibus & officiis conservandis.**

**Q**VIBUS etiam, & universim aliis Praelatis Ecclesiasticis, & Eccleſiarum ministris, ferio